

interpretibus faceſſit multum negotij, dum ſolicitè quærunt, quale judicium occiſionis intelligat, pleriq; intelligunt, vel de retractatione ſententiæ, lata contra nulum, vel de diſſenſu à fratribus, cum Joſephus eſſet occidendus.

וַיִּכְרַע וַיִּשְׁתַּחֲוֶה אֶת־פָּנָיו אֶל־הָאָרֶץ Ad quam vocem reſpicientes Junius & Tremellius vertunt, in crura ſe dimiſit, hoc in ſenſu conſtanter uſurpatur, *Jud. 5. 26. Eſ. 10. 4. Pſ. 20. 9. Hiob. 4. 4. Pſ. verò 28. 40. & 2. Sam. 22. 40.* ſignificat proſternere, Chaldæus ſatis commodè, vim vocis expreſſit, quieſcens incurravit ſe, habitabit in fortitudine ſicut Leo, & ſicut Leæna, non eſt regnum, quod comovebit ipſum, Ebraicè quis ſurgere faciet eum? notat Sp. S. Judæ potentiam, ut enim Leo incurvatis genibus prædæ inhians inſidet, nec reliquorum animantium ſaltus, & oberrationes moratur, ſic Juda inquit, protritit ſuis hoſtibus, ſecurè parta & poſita præda fruètur, uti id, & eventus in Salomone præſertim, comprobavit, *1. Reg. 4. & 5.* Hinc *Luth. Tom. 5. Witteb: Weil Er alle ſes vnter ſich gebracht hatt / ſaß er ſich nieder / vnd war ſtill im Reglement /* Nec vulgare ſapit, quod æterna memoria dignus, Vir de Eccleſia Chriſti optumè meritus, Dn. D. Polycarpus Lyſerus in ſuo Jacobo in c. 49. p. 496. monet, Voce incurvandi notari, notabilem illam tribus Judæ, quæ poſt tempora Salamonis cepit, mutationem. Nam incurvabatur utiq; in Jeroboamo, cum intempetiua ſua, in ſubditos ſeveritate & auſteritate, decem tribuum defectionem ſibi accelerallet, At ne ſic quidem hæc tribus, ſuo dominatu deturbata, Sed incurvando accubuit ut Leo. Et licet omnes Iſraelis tribus, præter Benjamin exilem illam, & viribus pene exhaustam, tantum non ſemper ſibi habuit inſenſiſſimas, tamen hanc Leænam, nemo ſine præſentiſſimo periculo excitavit, ut id patet ex clade Iſraelitarum, *2. Paralip. 13. 14. Pſ. 60. 8. Pſ. 108. 9. & 10. 2. Par. 14. 12. c. 16. 8. Joſaphati tempore c. 20. 25. & c.* Applicantur hæc à quibusdam interpretibus miſticè ad Chriſtum, præeunte Ambroſ. lib. de benedict: Patriarch: in benedictione Judæ, qui ex his verbis, quis eum ſurgere faciet, Chriſtum propria virtute reſurexiſſe probat, Sed licet non malè, nec tacente Scriptura, *Eſ. 8. 3. Apoc. 5. Pſ. 67. Eph. 4. Pſ. 3. Matth. 27. 1. Chor. 11. Matth. 16.* tamen minus ſolidè.

B 2

כבז